in aliquo frangens propriam volun-
tatem, nam cum ei ludus quicunque
ad votum succederet ait, Modo
in successu propter deum desistam
intelligens illud esse meritorium.
Item cum plures circuitus fierent
in chorea, uno completo dice-
bat puellis, Sufficit mihi unus
circuitus, alios pro deo dimit-
tam. Egit et alia multa huius
similia. Item plurima honesta
vota, in puericia sua facere
consuevit, in hoc deo placere
sperans, velud de manicis non
consuendis ante missas festi-
vis diebus et non de utendis
cyrotecis diebus dominicis ante
meridiem. Ab hiis et huiusmodi
ad cultum corporis et ad vani-
tatem scilicet spectantibus que
enarrare longum est pro reve-
rencia dei ex voto abstinebat.
Eciam in adolescentia humili-
ter deum habens pre oculis
et ipsum in omnibus factis
suis invocando dulciter nomi-
nando ex totis visceribus suis
diligebat. De quibus licet mul-
ta dici possent, tamen quia
predicta Guda non recolit ad
presens, hec pauca sufficiant.
Requisita quanto tempore cum
ea steterit, respondit, quod sicut
premissum est, ipsa fuit cum
beata Elyzabeth serviens ei
post mortem domini sui

+ fo d. Ms.

seculi — Kl

+ tam Ms.